et confirmari esse existimavimus quemadmodum approbamus et con-
firmamus per presentes decernentes eas vim et robur debitae fir-
mitatis obtinere debere quatenus iuri comuni non repugnant

Mandatum ad Leopolien.

Sigismundus

Famatis Advocato et Scabinis civitatis nostrae Leopolien. Fid.
nobis dilectis gratiam nram Regiam Famati Fid. nobis dilecti. Ob-
tinuit certam litem in debiti soluti Famatus Leo Sontag Civis Glo-
vien. ex Scepusio contra Famatum Thomam Babisz Ruthenum ci-
vem Leopolien. cum autem victus victoria reguit in expensis con-
demnetur, praedictus Leo Sontag intentatur est actionem eidem
Thomae iure victo de refundend. expensis. Mandamus itaque Fid.
vris ut decreti nostri de indebito soluto novissime lati exequtionem
indilatam faciant resque et merces Leopoli arestatas eidem Le-
oni posteaquam nro et Fid. vrarum decreto satisfecerint di-
mittant, atque restituant restituique integre curent Demum vero a-
ctione expensarum sine ullis procrastinationibus ius dicant in
eaque quod iuris et moris est observent, ut nimirum actor et victor
factos sumptus damna et expensas liquidet et liquidationi
victus contradicat Judicium vero Fid. vrarum ea moderetur
Victorque eam moderationem iuramento comprobet. Salva ad nos
utrique parti appellatione. Pro gratia nra etc.

Commissio

Sigismundus etc.

Generosis Georgio Radostowsky Boxa Succamerario Wieluren.
Francisco Masliwsky Notario Terr. Wieluren. Joanni O-
ciesky de Ocieszino Christophoro Stradomsky Vicecapitaneo ol-
sztinen. Joanni Sielnicsky de Potok Nicolao Silnicsky de Ba-
ncerow Christophoro Pawlowsky et Joanni Wilkowsky Fid. nobis
dilectis gratiam nram Regiam Generosi Fid. nobis dilecti. Dedimus
consensum nrum Nobili Joanni Trepka ad eximendam advo-
catiam seu scultetiam in villa nra Miedzno consisten. ad ca-
pitaneatum nrum Krzepicen. spectan. de manibus quorumcunque pos-
sessorum modernorum, quod quidem exemptionis negotium ut suum
debitum sortiatur effectum illud Fid. vrae quarum fidem et in-
tegritatem habemus comendatam comitten. esse duximus, commit-
timusque literis hisce nostris Mandan. eisdem ut collatis inter
se de temporis opportunitate sententiis vocatisque ad dicti Potentiam
per literas innotescentia suas Scultetiae praefatae possessoribus ad bona
Scultetiae praefatae descendant ibidemque literas super eadem bona